



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 50. Pontificis Literæ ad Ecclesiasticorum, Nobilium Ordines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

dicare & docere velint. II. A quibusdam Theologiæ Doctoribus a Rege feligendis conficiatur Index librorum prohibitorum. Cum autem Rectoris petita a Sorbonæ Doctoribus fuissent rejecta, hinc pariter Ecclesiasticus Ordo nullum ad ejus postulata responsum dedit, sed duntaxat libellis, quos Regi porrexe- rat, articulum inseruit, circa ea, in quibus Rector emendationem Universita- tis petebat.

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

§. L.

*Pontificis literæ ad Ecclesiasticorum  
& Nobilium Ordines.*

Obstiterant, ut memoravimus, in hisce comitiis vehementissime Nobiles atque Ecclesiastici, ne Tertii Ordinis propositio prævaleret; una omnes enim sibi persuasissimum habebant, quod, nisi Religionis Sanctitas, Divinæ, Eccle- siasticæ & politicæ vindictæ timor, Sa- cratæ Majestatis reverentia, & patriæ amor sceleratos aut fanaticos a nefando parricidii scelere cohibeant, nimium in- efficacis remedium quæreretur in abro- gata quadam Pontificiæ jurisdictionis parte, præcipue cum tertii Ordinis O- ratores nullum, qui omnino ex Impe- ratoribus, Regibus, vel Principibus a Papa exauctoratus dicitur, ostendere potue-

*Calmet Hist.  
Univ. l. 151.*

**Sæc. XVII.** potuerint, qui occasione hujus depofitionis fuiſſet trucidatus: nec ullo unquam tempore Eccleſia definierit, quod ejus Capiti in Regum vitam & Regna jus competat. Percepta autem Præfulum pertinacia, qua ſeſe Tertii Ordinis postulato oppoſuerant, haud modice gavifus eſt Paulus V. Pontifex Maximus, qui ea de re Univerſo Clero Gallicano grates rependit, tranſmiſſis ad eum Apoſtolicis literis, quas Præfulibus congregatis Sedis Pontificiæ Nuntius lætanter tradebat; mox vero univerſus Eccleſiaſticorum Ordo reſponſum omni ſubmiſſione atque obſequio plenum ad Papam dedit, ſpondens, quod cunctis, quos fidei hoſtes moturi eſſent, auſibus fortiter ſeſe opponere, atque in Eccleſiæ triumphum vertere velit. Pariter non minus obſequioſum reſcriptum Pontifex ad Nobilium Ordinem hanc in rem tranſmiſit; de ejus tamen reſponſo nihil nobis conſtat.

## §. LI.

*Regreſſus Wolſgangi Guilielmi Ducis Neoburgici ad fidem Catholicam.*

*Carafa*  
*Germ. Sacr.* Solida magis lætitia Catholicam Eccleſiam, ejusque ſupremum Paſtorem ac Pontificem Paulum V. affecerat  
*pag. 52.*  
*Fanſon. Con-*  
*tin. p. 443.*  
*l. 5. tom. 7.* ſince